



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Virtvtibvs R. P. Bernardi Colnagi E Societate
Jesv Libri Dvo**

Paullin, Johannes

[Monachii], 1662

Protestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44152

Protestatio.

CVm Sanctiss.D.N.Urbanus Papa VIII.
die 13. Martij, Anno 1652. in S. Con-
gregatione S.R. & Vniuersalis Inquisi-
tionis, Decretum ediderit, idemq; confirmave-
rit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit impri-
mi libros hominum, qui Sanctitatis, seu Marty-
rij fama celebres è vita migrarunt, gesta, mira-
cula, vel revelationes, seu quæcumque benefi-
cia, tamquam eorum intercessionibus à Deo
accepta continentes, sine recognitione & appro-
batione Ordinarij, & quæ habentus sine ea im-
pressa sunt, nullo modo vult, censeri approbata.
Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita
explicauerit, ut nimirum non admittantur Elo-
gia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt
super personam, bene tamen ea, quæ cadunt su-
per mores, & opinionem, cum protestatione in
principio, quod, ijs nulla adsit auctoritas ab Ec-
clesia Rom. sed fides tantum sit penes Auctorem.
Huic Decreto, ejusque confirmationi, & decla-
rationi, obseruantia, & reverentia, quæ par-
est, insistendo profiteor, me haud alio sensu,
quicquid in hoc Libro referto, accipere, aut ac-
cipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ hu-
mana duntaxat auctoritate, non autem divina
Cathol. Rom. Ecclesiae, aut sanctæ Sedis Apost.
nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem
S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum
catalogo adscripsit.